Quod reliquum est, Sanctitatem Vestram prosperrima uti valetudi- de Ao 1589
ne in multos annos optamus. Dat: Pragæ 18 Maij 1589.

Cardinali Madrutio de decimis
Clero Mutinensi et Regiensi
impositis. 129)

Rudolphus etc. Revme, postquam edita nuper à Sanctissimo
Dno Summo Pontif: Bulla, qua certæ decimæ Clero Muti-
nensi et Regiensi imponuntur Mutinam et Regium utramque
civitatem civitatibus annumerari Statui Ecclesiastico sub-
jectis, proque talibus censeri videamus, non possumus non pro ea,
quod nostra fuerit, imperij et Illmi Alphonsi Ducis Ferrariæ,
Mutinæ et Regij Marchionis Estensis, consanguinei affinis
et Principis nostri charissimi ratione feudi interesse, mole-
ste ferre Sertem suam hoc novo modo præjudicium inferre
velle cum nostris, tum sacri imperij juribus: Quæ cum tueri,
quantum in nobis est teneamur, à R.V. Cma benigne re-
quirimus, ut cum Stas sua nostro nomine diligenter et
opportune agat, ne Regium et Mutinam, quæ imperij feu-
da sunt, proque talibus hactenus habita fuerunt, pro civi-
tatibus censeri patiatur, quæ statui subsunt Ecclesiæ, atque ad
præcavendum hujusmodi quod nobis sane quam grave foret
præjudicium, ipsam Bullam in ea parte, vel abrogari, vel
ejus mentem ita declarari jubeat, ne nobis quicquam in-
perio præjudicet. Quod Sertem ad majora evitanda in-
commoda, offensionesque interposita R.P. Vræ opera pater-
ne facturam confidimus. Ademum nisi fieret, dicto Ferra-
riæ Duci serio mandavimus, ne decimas illas pendi aut per-
solvi ullo modo sinat. Hoc igitur totum negotium, ut
R. Vra R. pro rei cum necessitate tum æquitate curæ sit,
iterum atque iterum benigne postulamus. R.V. Cma fa-
ciet in eo rem nobis gratam, ad nostram et supradicti
imperij cujus illustre ipsa membrum est auctoritatem
et jura conservanda peropportunam, quam quacunque
erga ipsam occasione benevole agnituri sumus. Dat. Prag.
9. Augusti 1589.

Duci Ferrariensi de decimis
Mutinensi ac Regiensi Clero
à Pontifice impositis. 130)

Rudolphus etc. Diploma Pontif: Max: quo dum certas de-
cimas Mutinensi et Regiensi Clero imponit, Mutinam et

Regium sacri imperii feuda subiisq civitatibq connume-
rendit atq recenset, quæ statui desiunt Ecclesiæ, non
parum nobis molestiæ attulit; Magnum in eo præju-
dicium tam Nobis sacroq imperio, quam Dil.ni V.ræ in-
ferre videmq. Quamobrem Nos pro munere nostro Cæ-
sareo, quo jura dicti imperii sarta, tecta atq integra
servare tenemur, ejusmodi rem novam minime dissimu-
landam duximq. De ea vero ad R.mum in Christo Patrem
Cardinalem Madrutium, ut cum S.te sua nostro nomi-
ne ne tale præjudicium nobis aut sacro imperio fieri
permittatur, agat scribimq. Dil.ni interim V.ræ serio
mandamq, ut pro ea fide, qua nobis dictoq imperio
obstringitur, quantum in se erit, non modo impedire
conetur, ne quid Mutinæ aut Regii cum nostra aut
imperii injuria innovetur, sed ne decimas illas pendi
aut persolvi ullo modo patiatur, antequam Diploma
illud eâ in parte, ubi Mutina et Regium inter Ci-
vitates Statui Ecclesiæ subditas recensentur, vel addito,
vel ejq censum a S.te sua ita declaratum esse constiterit,
nequaquam nostris aut imperii juribq præjudicet. Fa-
ctura est in eo Dil.o V.ra rem expresse voluntati nostræ
consentaneum, in qua ipsiq erga nos fidem et studia
agnituri simq. D. P. 1 Aug. 1589.

131) Cardinali Madrutio commendantur
Cromerus ad Collegium Germa-
nicum.

Rudolphus etc. R.me etc. Cum virtutis et pietatis studia,
quod munere nostro dignum duximq, fovere ubicunq
sese occasio offerat, cupiamq, Supplicanti nobis humili-
ter Georgio Cromero subdito nostro, ut ad obtinen-
dum in Collegio Germanico locum literis nostris R.mæ P.
V.ræ se commendare dignaremur, haudquaq deesse no-
luimq. Quamobrem a paternitate V.ræ Rev.mæ benevolere
quirimq, ut quod absq suo faciat incommodo, illiq pa-
trocinium suscipere in impetrando, quod desiderat, no-
stræ commendationis causa non gravetur; id uti-
pium sic nobis gratum erit; Quod reliquum est
R. P. V. diu Ecclesiæ incolumem optamus. Da-
tum Pragæ 19. Aug. 1589.